Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31254
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Qui meliores sunt in eis abhomina
biles sunt. et ipi cora deo. In uestitu
humilitatis ambulant. sed cor eorum
longe est ab ea. Orationes multipli
cant. sed hec quod presunt dum in cor
dibus suis deo contra dicunt. dum
fraternam caritatem negligunt alterutrum
inuident et detrahunt et de prelati
one contendunt. Mundi contemp
tum profitentur sed ea que mundi sunt
uenerantur. et impudenter ambiunt.
et omni uento proprie uoluntatis cir
cumferuntur. Patrum instituta
abiciunt negotiis seculi se inge
runt. et scandalis ecclesiam replent.
Propter hoc ecce contemptum patitur reli
gio et fides scissuram. Et quid ad
dam eis facere dicit dominus. Ecce
clamo post illos. et auscultant uo
cem commotionis mee quasi calce
repellunt. Visito illos per inaudi
tam gratiam et uisitationem suam
non agnoscunt. insuper et irrident.
Percutio eos et non dolent. percutio eos
et non expauescunt. Ve illorum ue
horribile repositum est apud me.
Ecce ueniet cito. et quasi repen
tinus torrens irruet super eos et
deuoluet eos in perditionem quos abs
que pauore inuenerit. Vos ergo po
pulus meus. populus non ficte religio
nis. qui posuistis in cordibus uestris
mundum expugnare et celum
mente gerere. declinate ab his
qui eiusmodi sunt. et ne sitis
participes eorum. State in uia ui
sionis quam elegistis. et munda
te oculos cordis ut subleuare

eos ualeatis in contemplationem lu
cis. quam inhabitat uita et redemp
tio uestra. Que autem oculos cordis
emundant. ut ad uerum lumen
subleuari possint hec sunt. Se
cularis cure abiectio. carnis
afflictio. cordis contritio. frequens
et pura delicti confessio et lauacrum
fletus. Et cum foras missa fuerit
omnis inmunditia. sursum eos
ista attollunt. Meditatio admi
rabilis essentie dei et caste ueri ta
tis inspectio. oratio munda et uali
da. iubilus laudis et desiderium
ardens uidendi. Amplectimini hec
in his estote et occurrite uiuifico
lumini quod tamquam filiis uobis se
offert et mentibus uestris ultra se
ingerit. Abstrahite corda uestra
a uobis metipsis. et date ea in hec
que audistis et implebuntur deifi
co. et eritis filii lucis et tamquam
angeli dei. qui non cessant inhia
re creatori suo. et contemplationis
rigore in suam refundi originem.
Filii adam. num parum uobis
uidetur filios dei fieri. Et quia
faciem auertitis a contemplatione
uultus eius qui dedit potesta
tem talem hominibus. uobis singu
laritatem qui pacifica esse elegistis in
mundo et conformari angelis in
terra. Vos estis lucerne arden
tes quas constituit dominus in mon
te sancto suo. illuminare uerbis
et exemplis uestris tenebras mun
di. Videte ne lumen quod in uobis
est euacuetur uento superbie et cu